Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8174
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aut ad samez mutare / Diuersificatur aut raducti
sed diuersitatem qualitatis et nature humoris
qui in corpore dominatur / Incura autem ante omnia oportet
cognoscere originem omnium causarum ut sic quod causa postu-
lat medicamina adhibeantur / oportet igitur scire quid in principio
et quid in augmento quid in statu quid in declinatione
singulis causis adhibere conueniat et maxime
in tumoribus quia tumores in diuersis membris
ex diuersis accidunt causis et igitur grauia pericula et multotiens
instabilia corpora efficiunt nisi diligenter congruis
succurritur medicaminibus / Si autem sanguinem sub-
trahi propter plenitudinem conueniat / fiat in
contraria parte doloris hoc est si interior pars dextra
molestetur de superiori parte sinistre sanguis ex-
trahatur / Si uero superior pars molestetur extrahatur
de inferiori sinistre / et hec intelligendum est si
fluxus est in principio uel in augmento / Si autem est
in declinatione uel in statu fiat subtractio de
proximo membro illius partis / verbi gratia Si tumor
in femore uel genu descendit fiat minutio in
pede / Si uero tumor ex multo tempore iam transacto
feruore et impetu doloris minuatur atque color